Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

lapide precioso opus excelsi
Verumtamen de hoc quid plura di-
camus. Cuius enarrant celi gloriam.
et opera scripturarum manuum eius annun-
ciat firmamentum. Nec sunt loquele neque ser-
mones cuius non audiantur voces. Hic ver-
ba cuius in omnem terram exijt sonus eius
O. ineffabilis misericordia saluatoris que
tot graciarum annulos in hyeronimo adu-
nasti. ut ad ea que plene solus possidet.
pene nulli hominum nisi particulariter fas
sit aspirare. Hic certe dux nostre fidei ad se
currentes in celi conscendit arcem. Huic preteritis
porcionibus ornatum insignius dignitatum
In cantilenis. in prouerbijs operacionibus et
interpretacionibus mirate sunt gentes. Cuius
nota est facta in populis virtus. quoniam
impletus fuit quasi flumen sapiencia. Sed
ut vera dicam michi illud Regine sabba. Ma-
ior est enim sapiencia et opera sua quam rumor quam
audiuimus. Quam certe bonus est iste illis
recto sunt corde. quoniam maliciam ipsi oderunt
fecit enim mirabilia in terra nostra. Sub
umbra illius sedimus et fructus illius dulcis
gutturi nostro. Quanta autem de eo audi-
uimus et cognouimus quomodo annunciabimus
At quis ego sum ut narrem laudem eius.
et virtutes eius et mirabilia eius que fecit